

^a *Arist. H. A.* ris; ambigit enim ut scribit ^a *Aristo-*
^{l. 8. c. 13.} teles: recentiores unum duntaxat,
in quo omnes notae congru a veteri-
bus attributae, reperiuntur.

Longus est et lubricus seu laevis;
saepe in quatuor aut quinque cubito-
rum longitudinem excrefcit. Visus ^{*}
^{* Scaliger.} a Scaligero quem utraque manu ne-
^{ad Arist. H.} quisces amplecti, ut non mirum mul-
^{A. l. 2. c. 16.} tos in Sycyone quos homo vix ferat,
aliquos plaustrum magnitudine capi,
^{b Eudox. l. 6.} ^b Eudoxus; circa Cartejam in exte-
^{de terraemo-}rioribus locis augeri supra minarum
^{tu apud} octoginta, ^c Strabo prodiderit. Toto
^{Athen.} dorso rubet, *ventre* et lateribus pal-
^{c Strabo} let. Binis natat pinnis. Linea nigra in
^{Geogr. l. 3.}exteriore parte membranaceae pin-
nae per dorsum extensa conspicitur.
Oculi sunt Anguillis longe maiores. In
extremo *rostro* duo brevia cutacea
cornicula gerit. *Dentes* habet parvos
pectinatim coeuntes, *branchias* utrin-
que binas, *pinnas* harum rubent, quae
vero corpus ambit fusca est, et ad cae-
ruleum inclinat. *Interiora* si spectes,
^{d Arist. H. A.} *Gula* ^d ipsi exigua, qua alii pilces ca-
^{l. 2. c. 13.}rent; *fellis* velica ab hepate pendens.

In nullo non *degunt* mari, flumini-
bus imprimis ^f vicinum si sit; nam et
^{f Oppian.} hos juvenes subire solent: ne de palu-
^{Halieut. l. 1.}dibus dicam, quarum illustris alu-
^{v. 113.}mnus a Matrone & Parodo vocatur.
^{g Athen. l. 4.} In terram egredi non absonum, cum
idem et de serpente marino superius
dixerimus, et de Anguillis ex *Aristo-*
tele colligatur. *Vescuntur* pisciculis;
ideo vehementiore spirante vento,
quo tempore numerosiores pisciculi
mare intrant, pinguescunt.

Coitus eorum Anguillarum coitui ^h
^{h Oppian.} comparatur, non quod ex simili spu-
^{Halieut. l. 1.}mae sanie in arena obruta nascantur;
^{v. 516.} sed quod circumplexu mutuo supina-
rum partium coitum peragant, quod
^{i Arist. H. A.} *απόδοις* et *μύκτοις τῶν ζώων* ⁱ solenne est:
^{l. 5. c. 4.} *Ova* ^{*} longa serie inter se protensa,
^{* Arist. H. A.} pinguedine ita obducuntur, ut vix
^{l. 6. c. 17.} appareant. Si in ignem conjeceris,
abit in vaporem pingue; ova exiliunt,
et elisa crepitant.

Latent hyeme, ^k nec, eadem, prae-
^{k Arist. H. A.}terquam statis diebus paucis, et iis-
^{l. 8. c. 13.}dem semper, capiuntur. *Gregales* ne
^{Plin. H. N.} sint, an solitarii, ambigitur. *Causam*
^{l. 9. c. 16.}

^l *Mnesitheus* praebuit. Modo grega- ^l *Athen. l. 8.*
^l rios esse posse dicit; modo nec inter
hos nec inter illos recenset.

Inimicitias cum Polypo, Locusta,
et muraena exercet. Polypum devo-
rat. ^m Neque enim ob laevitatem ab ^m *Aristot. H.*
^{A. l. 8. c. 2.} eodem apprehendi potest. A Locu-
sta laceratur, licet valido sit corpore.
Ipse et Muraena caudas inter ⁿ se ⁿ *Plin. H. N.*
^{l. 9. c. 62.} praerodunt.

Usus ipsius apud Graecos in *cibis*
laudatus; inprimis si e Sicyone adfe-
rebatur, Italum tantum caeteris prae-
cellere putabant, quantum pinguis
Thynnus vilissimis coracinis. Tanti
denique aestimatus, ut Nereus qui-
dem Chius Diis eum elixasse legatur:
Dorion vere opsophagus, cum puer
optimorum piscium nomina dicere
jussus, Congrum inter caeteros recen-
suisset, piscium se non Deorum nomi-
na dicere jussisse, reposuerit. Nunc
in vili admodum sunt, apud omnes,
Hispanis exceptis, pretio. Angli pu-
tillos cum aceto et sinapi comedunt.
Congener congris est, qui in mari cir-
ca Canibales insulas capiuntur. Cute in-
tense viridi et elegantissime variegata,
rictu patenti, et dentibus acutissimis.
Caro detracta cute candidissima est;
sed qualitatibus adeo virulentae, ut saepe
in mortem gustantes conjiciat. TAE. V. 2.

Ophidion Plinii, quem Salvianus
et Bellonius cum serpente marino
confundunt, quemque Tragum Op-
piani quidam esse opinantur, duo-
rum est apud Rondeletium generum.
Unum est barbatum, quod gemina
barba a maxilla inferiore propenden-
te instructum sit; *Alterum* imberbe
et flavum, de caetero superiori simi-
le. Bellonius palmum non excedere,
pelle lubrica esse, pinnas carnosas
habere, integram in gyrum caudam
ambire, et multa nigredine perfundi,
testatur. *Linguam* habet parvam,
acutam. *Cor* trigonum ruberrimum,
hepar ad sinistram latus exporre-
ctum, *stomachum* oblongum, *pylo-*
rum permultis apophysis circum-
datum, a quo tres intestinorum re-
volutiones ad anum pertingunt, *lie-*
nem rubrum, et oblongum. Caetera
ad ipsos Afellos accedit.